

99 7 251





Ms 853

Enunciata  
DE POSSESSIONE EX  
L. possideri ff. de acquirenda vel  
amittenda possess. de quibus,

Deo Opt. Max. fauente,

PRAESIDE VIRO CLARISSIMO CONSULTISSI-  
moq; D. Iacobo Streith, I. V. Doctore, ac Professore pri-  
mario in inclyta Academia Friburgensi, ad diem  
20. Ianuarij, pro viribus respondebit  
hora & loco consuetis

Tobias Paurmeisterus M. LL.

Candidatus.



Ornatissimo Viro  
Henningo Busc  
amico ut uelox  
candidissimo  
re auctor

ARGENTORATI  
Excudebat Nicolaus VVyriot,  
M. D. LXXXI,

EMENDATA

DE POSSESSIONE EX

L. possidendi de acquirendis vel

annuenda possit. de quibus

Pro Op. Max. Laurent.

FRANCO VIKO GEN. LIBRARIUS COM. M. L. L.

mod. D. Jacobo Buchh. L. D. de iur. Prof. in


magis in iur. de iur. lib. de iur. lib. de iur.

de iur. lib. de iur. lib. de iur. lib. de iur.

de iur. lib. de iur. lib. de iur. lib. de iur.

Tobias Baumgarten M. L.

de iur. lib.




152 F 99

DE GENTORATI  
Friedrich Nicolai V. V. V.

M. D. LXXXI



REVERENDIS, MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, ATQVE AMPLISSIMIS VIRIS, Dn. Decano, Seniori, ac reliquis Capitularibus Cathedralis Ecclesiae Halberstadiensis, suis Dominis ac Patronis perpetuò colendis.

 Quod precatus sum à Deo Opt. maximo Semper, Reuerendi, magnifici, nobilissimi atq; amplissimi viri, ex quo primùm in hanc militiam literariam nomen dedi: Id multò ardentioribus votis sum precatus, postquam de consilio ac mandato R. V. ante annum fermè in hanc celeberrimam Academiam postremò sum delatus, vt nimirum studia ac vitæ meæ rationes ita gubernaret, quod ad ipsius honorem, Ecclesiae ac Reipublicæ salutem & vtilitatem aliquando pertinerent. Ad eamq; rem cōsequendam non solum eruditissimis quibusq; viris in disciplina Legali sedulam operam dedi, sed ea etiam, quæ tã hîc, quàm in inclyta Academia Frãcofordiana, velex recitationibus publicis, vel doctissimorum virorum monumentis privato studio cognoui, alijs summopere, id à me rogantibus vicissim tradendo, familiariora ac promptiora mihi reddere sum conatus. Qua in re Dominorum professorum ita propèsa in me studia sum expertus, vt me non solum ad illud meum institutum gnauiter tenendum diligenter sãnt cohortati, sed locum etiam commodiorem, ac honestiorem, in Collegio

A ij

Sapientiae nuncupato, offerre non dubitarint. Cum autem  
praeterea ab amplissima Facultate Iuridica sit postulatum,  
ut cum priuatis legendi exercitijs publicas etiam disputatio-  
nes coniungerem, in eo, quod honestissimum studijsq; meis  
consultissimum videretur, ipsorum auctoritatem defugere  
nec volui, nec debui. Proinde latissimè patentem possessio-  
nis materiam quanta potui breuitate in Theses sequentes  
conieci, de quibus ad diem 20 mensis praesentis, cum feriarum  
tempore ex statutis Academiae publicos actus quiescere o-  
porteat, Deo fauente, pro virili sum responsurus. Illas ad  
R. V. oblata tabellarij occasione mittere volui, non quod  
sim ignarus, quàm haec paginae obscuriores ferendo splendori  
R. V. sint impares: sed quod omninò si qui existant fructus  
meorum studiorum, licet non vberes ac maturi, at quos fer-  
re potest haec mea aetas, vobis qui ingenij mei fautores, ad-  
iutoresq; estis maximi, iure optimo deberi intelligam. Quas  
ut R. V. tanquam signum testimoniumq; meae, pro im-  
mortalibus beneficijs, in se pietatis & obseruantiae benigna  
fronte excipiant, meque ac rationes meas omnes etiam im-  
posterum sibi commendatas habeant, etiam atque etiam  
peto. Friburgi Brisgoiae 6. die Ianuarij. Anno 1581.

R. V. deditissimus  
alumnus

Tobias Paurmeisterus M.

ENUNCIATA  
DE POSSESSIONE EX L. POSSEDE  
ri ff. de acquirenda vel amittenda  
possessione.

I.

Posseſſio appellata eſt, vt & Labeo ait à ſedibus, quaſi poſitio: quia naturaliter tenetur ab eo, qui ei inſiſtit, quam Græci κατοχήν dicunt.

II.

Definitiones poſſeſſionis cum variæ ſint interpretum: tamen nulla perfectior ab eruditioribus iudicatur ea, quæ ex Theophili Inſtit. duob. locis conflatur hoc modo: νομὴ ὄσιν σωματικῶν πράγματων κατοχή, συντρέχουſα τῆς ψυχῆς διαπόρευ- τῶ, id eſt poſſeſſio eſt corporalis rei detentio, cum affectu dominandi coniuncta.

III.

Eius etſi vera genera nulla apparent: vbertas tamen per magna modis quibusdam diſtinguitur.

IIII.

Primò .n. diuiditur in naturalem & ciuilem. Quæ ta- men nominis potius quam rei, κατ' αναλογία, diuiſio eſt.

V.

Secundò, in poſſeſſionem liberam & veram, & eam quæ rei potius obſeruatio eſt, & custodia.

VI.

Tertiò, in poſſeſſionem quæ ſuo, & quæ alieno nomine te- netur, quæ cum ſuperiori etiam confundi poteſt.

VII.

Posseſ-

Possessio suo nomine, que sola proprie possessio est, diuiditur in possessionem bonæ fidei, & possessionem malæ fidei.

VIII.

Iterum diuiditur possessio suo nomine in possessionem ex titulo, & possessionem sine titulo, quæ dicitur possessio pro possessore.

IX.

Possessionem ex titulo vocamus, si quis putet se habere titulum, quem vel habet, vel iusto errore ductus credit se habere.

X.

Possessionem vero sine titulo vel pro possessore vocamus, si quis titulum nullum habet, nec se habere putat ut fur & raptor: vel habet sed inutilem, idq; scit.

XI.

Possessio ex titulo rursus diuiditur in possessionem pro suo generalem, quæ iuncta est cum cæteris titulis veris, id est quæ etiam est possessio ex titulo speciali vero, ut pro emptore, pro donato, pro legato, pro dote, pro hærede, pro noxæ dedito, pro cesso, pro soluto, pro adiudicato vel ad dicto, pro transacto, pro iurato:

XII.

Et in possessionem pro suo specialem, quæ iuncta non est cum vlllo alio titulo speciali, ut in his quæ terra, mari, cæloq; vel ex hostibus capimus, vel quæ ipsi ut in rerum natura essent fecimus. Item in his quæ ex partu ancillarum, vel aluxione quæsumimus, & in his etiam quæ falsò ex stipulatione deberi putantes, tradita bona fide possedimus:



XIII.

Et item in possessionem pro suo specialem, quæ iuncta est cum alio titulo speciali falso, vel imbecillo & infirmo ad complendam ex eo usucapionem.

XIII.

Porro civilis possessio diuiditur in possessionem Iuris & possessionem corporalem.

XV.

Possessio Iuris est, vel cum quis solo animo suo possessionem retinet, vel acquirit, vt cum Dominus, vel pater per seruum vel filium corpore possidere incipientes acquirit possessionem:

XVI.

Vel cum quis solo animo absens retinet possessionem à nemine vi occupatam, aut etiam per colonorum &c. corpus eandem animo suo retinet.

XVII.

Possessio corporalis est cum aliquis liber & sanæ mentis & ætatis nemini seruiens suo corpore & animo rem possidet.

XVIII.

Possessio eanostra est, quam acquirimus. Acquiritur autem certo modo, & per certas personas.

XIX.

Quòd ad primum attinet, acquiritur animo & corpore cõiunctis. solo. n. animo vel corpore possessio acquiri nequit.

XX.

De Personis acquirentium sciendum est, eam vt ceteras res acquiri, aut per nosmet ipsos, aut per alios.

Ita

XXI.

In ijs autem personis, quæ per se adipisci possessionem ve-  
lint, requiritur, vt sint liberi homines, deinde vt animum &  
affectionem tenendi habeant.

XXII.

Aliorum per quos possessio nobis acquiritur, quatuor in-  
ueniuntur genera.

XXIII.

Primum est eorum qui iuri nostro sunt subiecti, filiorum  
videlicet & seruorum nostrorum.

XXIII.

Secundum eorum seruorum, in quibus vsum fructum  
habemus.

XXV.

Tertium est eorum, quos bona fide possidemus, si ve sint  
liberi, si ve serui alienj.

XXVI.

Quartum est liberorum hominum, quibus commissa est,  
rerum nostrarum administratio, ut procuratorum, tutorum  
curatorum, &c.

XXVII.

Non tantum autem singulae personæ, sed etiam vniuer-  
sitas acquirere possessionem potest.

XXVIII.

Possessio, quemadmodum diximus, corpore & animo  
simul acquiritur: solo autem animo retinetur.

XXIX.

Quin imo & sine animo retinetur, quando quis non est  
hoc animo, vt amittat possessionem.

Materia

## XXX.

Materia possessionis sunt res corporales. Incorporalium enim propriè non est possessio.

## XXXI.

Requiritur autem ut eiusmodi res sint corporales, quæ possint esse in commercio. Sacræ enim, sanctæ, religiosæ, liber homo possideri nequeunt.

## XXXII.

Quod ad effectus attinet, etsi iusta & iniusta possessio in summa nihil differunt: tamen quò ad effectus, & commoda magnum est discrimen.

## XXXIII.

Primus effectus iustæ possessionis est, quòd ex possessione, quam ex voluntate Domini nacti sumus, statim dominium nascitur rei possessæ.

## XXXIII.

Secundus, quod sine hac possessione dominium non pareatur in ijs rebus que sunt nullius.

## XXXV.

Tertius, quod nobis rem etiam alienam bona fide possidentibus, saltem fructus ex ea precepti statim nostri fiant.

## XXXVI.

Quartus, quod nobis rem alienam bona fide possidentibus etiam res ipsa possessione acquiratur: non tamen statim, sed tunc cum possederimus per tempus à lege constitutum.

## XXXVII.

Iniustæ possessionis effectus est, non ut possessori profit, sed ut aduersario noceat. Quandiu enim quis possederit, licet iniustè, alius possidere nequit.

B

XXXVIII.

Porro quemadmodum possessio solo animo retinetur:  
Sic etiam solo animo amittitur, simul atq; quis constituerit  
nolle possidere, siue in fundo sit, siue non sit.

XXXIX.

Non solum autem animo possessionem amittimus, sed  
etiam interdum inuiti & ignorantes.

XL.

Deiicimur autem non modò tunc, cum in fundo sumus,  
& inde vi expellimur, sed etiam cum quis fundo ignorantibus  
nobis occupato reuertentes nos vi repellit.

XLI.

Item cum scientes aliquem fundum nostrum vi occupasse  
constituimus non reuerti in fundum, quia vim maiorem  
metuimus, possessionem amittimus.

XLII.

Quod si nihil huiusmodi factum est, quantumuis nobis  
absentibus fuerit ingressus rei nostræ possessionem, hoc animo  
vt possideat, nihilominus tamen retinemus possessionem  
à qua vi deiecti non sumus.

Probationes possessionis & alia ad plenioram  
huius amplissimæ materiæ tractationem pertinentia  
breuitatis studio consulto præterimus.

Quæ

## QVAESTIONES.

1.

An possessio sit ius vel factum?

2.

An duo eandem rem in solidum possidere possint?

3.

Sitne possessio Vasalli, & Emphytevtæ naturalis an ciuilis?



QVAESTIONES.

1. An possit in unum vel factum.

2. An duo eadem rem in solidum possideant  
possint.

3. Sicut possitio Vassalli & Emphyteutarum  
talis an civilis?



99 7 251

ULB Halle

3

002 039 567



Nur für den Lesesaal







Ms 853

# Enunciata

## DE POSSESSIONE EX

L. possideri ff, de acquirenda vel

amittenda possess. de quibus,

Deo Opt. Max. fauente,

RAESIDE VIRO CLARISSIMO CONSVLTISSI-

moq, D. Iacobo Streith, I. V. Doctore, ac Professore pri-

mario in inclyta Academia Friburgensi, ad diem

20. Ianuarij, pro viribus respondebit

hora & loco consuetis

### Tobias Paurmeisterus M. LL.

Candidatus.



*Ornatissimo Viro  
Henningo Busc  
amico uti uel  
candidissimo  
re auctor*

ARGENTORATI

Excudebat Nicolaus VVyriot,

M. D. LXXXI.

